

RECUEIL

JONIDER
DEMORALI LEPRA
(GOTH. S. D.)


MANUALE
CONFESSORUM
(GOTH. S. D.)

DIONYSIUS
DE LEEWIS
QUATUOR
NOVISSIMÆ
1489

STELLA
CLERICORUM
(GOTH. S. D.)







Liber qui stella clericorum nuncupatur

Tractatus qui stella clericorum inscribitur feliciter incipit.

Quasi stella matutina in medio nebule. id ē pctōꝝ. Proprietates hui⁹ stelle matutine possunt referri ad quelibȝ doctorē fidei. i. sacerdotem. Et continentur in his versibus.

Lucis splendorem fert secum fert quoqȝ rorem
Ingens dat letum/ vigilansqȝ decens preit ipsum
Solem defectum lune comitans hyemisqȝ
Tempore lucescit cedens estate quiescit.

Glosa Lucis splēdorē fert secū. vt ibi. vos estis lux mūdi. Fert quoqȝ rorē/ scȝ in predicatiōe: vt ibi Tenebrosa aq̄ in nubib⁹ aeris. Ingens est: vt ibi. Ecce sacerdos magnus. Dat letū. i. facit letum audientē p̄dicationē. qui est in tenebris ignorātie. Uigilansqȝ dicit. vt ibi. Beatus seruus quē cū venerit dn̄s: inuenerit vigilantē. Decēsqȝ d̄r. scȝ p bonā famā et honestā ꝯuersationē. Preit ipsuȝ solē. i. xp̄m q̄ est verus sol iusticie. Sicut miles dn̄m suū precedit inimicos occidendo suo gladio acuto. vt mortui mūdo viuāt christo. Defectum lune comitās. i. sctē eccl'ie p cōpassionē. vnde q̄s infirmatur ⁊ ego nō infirmor. Hiemisqȝ tp̄e lucescit. i. in tp̄e tribl'ationis appaȝ in calore fidei. Cedēs estate q̄escit scȝ ī vrente a feruore luxurie et a ceteris vitijs. vn̄ q̄ potuit transgredi ⁊ nō est trāsgressus. Salomō. Memēto creatoris tui. ⁊c. Apostolus. Diuisiones ministrantiū sūt in eccl'ia dei. scȝ actiui cōteplatiui ⁊ p̄lati. Unusq̄sqȝ in sua vocatione et in suo ordine vel ministerio vel officio intendat: vt virtuose ⁊ fideliter in vinea operetur. vnde. Crisostomus. Multi sunt prelati siue sacerdotes nomīe sȝ pauci sunt dignitate. vn̄ apostolus. Meli⁹ est eē paucos ⁊ vtiles. quā multos ⁊ inutiles. Lucas. Messis q̄dē multa. opariȷ̄ vo pauci scilicet fideles et veri. ¶ Hieronimus. Si caritas facit precium in rebus honestis: nichil carius deo et hominibus (habentibus rationem) bono et vtili pastore. Johannes. Pastor bonus aīam suam ponit pro ouibus suis. Unde ter dictum

est petro. Pe-tre amas me? **Glosa** Amas me plusq̄ tuos cognatos et amicos/ plusq̄ res tuas tpa-les/ plusq̄ teipsū? pasce oues meas. Unde in euange. Qui a-mat aīam suā plusq̄ me non est me dignus. Apl's. Erunt hoīes seipsos amantes. Illi dicuntur seipsos amare: qui suū honorē et commodum plus diligunt q̄ honorem dei. Augu. in li. de do-ctrina christiana. Illi vere deū diligūt qui nichil aliud q̄ vt no-men dei glorificetur exercent: Unde iam pauci volunt sustine-re propter christū paupertatem: contemptū: dolorem Sed cu-piunt diuitias/ honores et suauitates huius mūdi. Tales em̄ nō suscipiunt curas animarū vel prelaturas propter onus vl' p-pter iugū dn̄i, sȝ pp̄ter honorem. Cura em̄ aīarum non debetur honori sed oneri.

Multiplex em̄ est questio quomodo sacerdos vl' pastor curā suā intrauerit vel q̄mo-do in ea vixerit vel qualiter eā rexerit vel patrimoniū crucifixi expēderit vel pp̄ter quē finē eā susceperit vl' vt pascat gregē sibi cōmissum verbo et bono exemplo vel vt pascatur a grege. vnde hoc nomē pastor deriuat ab hoc v̄bo pasco pascis. ꝛ nō a pascor pasceris. vn̄ illd. Hiere. Pastores pascebant se ꝛ gregē meum non pascebant.

In vltima em̄ ratione reddēda: dixit ioseph. i. xp̄s q̄ ē verus ioseph frīb9 suis: scȝ pastorib9 eccl'iarū. Amē dico vobis non videbitis faciem meā donec adduxeritis fra-trem vestrum minimum. **Glo.** Qui minimum requirit non obli-uiscit maiorē. vn̄ illud. Sangui-nem eius. i. aīam eius de manu tua requiram. Grego. Tot morti-bus digni sunt negligentes pastores: quot negligunt animas Unde videat quisq̄ pastor vel sacerdos quomodo curam suam intrat vel quomō eam regat vel qualiter in ea viuat: vel pp̄ter quē finē eam susceperit vl' quomodo patrimonium crucifixi (vt dictum est) expendat ne a dn̄o ei obiciatur in reddendo ratio-nem yronice. Amice scilicet temporalium rerū et non animaꝝ quomodo huc intrasti non habens vestem nuptialem: id est ca-ritatem quia non propter caritatē id est deum (qui est vera cari-tas) curam tuam intrasti vt gregem tibi commissum pasceres

verbo et bono exemplo. sed vt pascereris ab eo id est vt negli//
gens et ociosus et viuens luxuriose. et obmutescente dicat do//
minus. Ligatis manibus. ne possit se defendere. et pedibus ne
possit fugere. proiicite eum in tenebras exteriores. i. continuo
perpetue vrentes. quia plus dilexit lucrum temporale q̄z ani//
marum pro quibus filius dei mortem sustinuit Et quia hic vixit
deliciose et totus suspirauit in peccatis: totus suspiret eterna
liter in penis Et q̄ztum gloriatus in delicijs vite huius: tantū
locum date ei in tormentis. et facite eum montem in inferno.
et ardeatur vt oleum in flamma. Unde. ysa. Apportari te faciam
sicut gallum gallinatium: qui portatur de foro pedibus sursum
erectis. et demisso capite: et decoquitur in ola. sic tu decoque//
ris in ola gehennali varijs cruciatibus: vt pena corresponde//
at culpe. quia non cantasti non generasti. et cum alijs maior re//
putaris: sicut gallus gallinacius maior alijs

Cum beneficium alicui porrigitur valde gaudet sed non querit primo quis sanctorum sit pa
tronus in ecclesia. sed q̄ztum valeat in temporalibus. ¶ Unde
iam pauci curant quomodo curam suam suscipiunt vel intrant
aut qualiter eam regant vel incaviuant secūdum deum. nec sy
moniam abhorrent: sed heu iam in pluribus dominātur. Gre.
Si quis ea intentione gradus ecclesiasticos vel beneficia que
rit vt inde habeat vite necessaria: hic peruerso ordine vult ce
lestia mercari. Longe enī melius esset mendicare vel arare vn
de viueret. Unde iob. Qui non intrat in ouile per hostium id
est christum sed ascendit aliunde. ille fur est et latro. fur est fu//
rando sibi virtutes ab alijs latro est: occidendo animas. ¶ Fur
non venit nisi vt furetur: mactet et perdat. Furetur virtutes/
mactet corpus et perdat animam in gehēnam ignis.

Quilibet pastor et sacerdos in se tenetur habe//
re tria. s. sciā̄z/eloquentiaz/et bonam
vitam. Scientiam debet habere diuinorum librorum ac eorū
intelligentiam in quibus deum cognoscat se et alios. Unde
ber. Multi multa sciunt. seipsos autem nesciūt Qui seipsū nō
cognoscit nihil scit. Hec est eniz probatissima sciētia inter phi
losophos seculares. dicit. enim cognosce teipsū. Qm̄ au. in li.
de sācta tri. dei p̄fert sciē celestiū terrestriū et infernorū p̄pā

cognoscere infirmitatem Unde et Ber. Domine da michi sci
re te cognoscere me/ diligere te. Eloquentiam debz habere dis
cretam vt ea que scit et intelligit alijs predicet. ne abscondat
pecuniam dñi sui .i. sit canis mutus in domo .i. ecclesia. Unde
ysai. clama ne cesses et añũctia populo meo scelera eoꝝ. Tulli⁹
Melius est eloqui copiose et prudēter q̄z aliquid sine eloquen
tia accusatissime excogitare. Idez. eloquentia est scientia recte
proferendi ex cogitatione cum ornatu verboꝝ et pondere sñia
ruz Idem efficatius est audire q̄z audiri. Unde grego. In scien
tia sacerdotꝫ nec est venia nec excusatio. Dani. alibi ezel. Qui
autē docti fuerunt fulgebunt quasi splendor firmamenti id est
solis. et qui ad iusticiam erudiunt multos quasi stelle in ꝑpetu
as eternitates. Unde apo. Duplici honore honorandi sunt sa
cerdotes. primo propter officij dignitatez. scd̄o propter doctri
nam. precipue illi qui fideliter laborant in euam. qz ordo fide
lium prelatorum est precipuus. Uitam bonam tenetur habere
sacerdos. vt que ore predicat opere compleat. Actu. i. Cepit ie
sus facere et docere. Hier. Quid enim aliud est bene loqui aut
predicare et peruerse viuere: q̄z proprio ore seipsum cōdēnare.
Orige: Qui aliũ nō instruit seipm docere non potest. Gre. Nō
in verboꝝ splendore predicator glorietur: sz in opere virtutū
Hier. Doctoris est lapsis manũ porrigere adiutricē: et errātib⁹
ostendere iter veritatꝫ. Gre. Bonus doctor est qui hũiliter ser
uat disciplinam: et per disciplinam non incurrit superbiam.
Crisost. Uis bonus apparere circa vitam tuā esto austerus cir
ca aliorũ peccata esto benignus: Audiant te homines pua mā
dantem et grauia facientem. Grego. Cuius vita despicitur: re
stat vt eius sermo contemnetur.

q QUiuis em̄ pastor siue sacerdos sit sedulus in cu
ra sibi ꝯmissa. ꝛ in ambone fidelis pre
dicator. vt preco dñi vt patz dño plebē perfectā in cathedra:
vt pius et discret⁹ iudex. in ꝯfessione mediator inter deũ ꝛ pec
catorem: vñ Criso. Nō erramus modicam penitentiā iniũgētes
Nōne meli⁹ est ꝑpter miām reddere rationē: q̄z propter crude
litatē. Nā vbi paterfamilias est largus. dispensator ei⁹ nō de
bet esse tenax. Sz de⁹ est benignus vt quid sacerdos austerus

Si etiam sacerdos vel pastor pius i afflictorū cōpas- sione et hospitalitate / et in elemosinarum p posse largitione duplici / scz corporali et spirituali. Spūalis conti- netur in hoc versu. Corrigo / parco / precor / doceo / fero / consu- lo / solor. Corrigo errantem. parco inimicis. precor p inimicis doceo insipientes. fero sustinentes. consulo pusillanimes. solor tribulatos. Corporalis continetur in hoc versu. Colligo / poto cibo / redimo / tego / visito / condo. Sunt etiam septē species ele- mosine. Prima est quam homo sibi ipsi dat. Unde salomō: Mi- serere anime tue placens deo. Idem. Qui sibi nequā cui bonus? Secūda elemosina ponitur supra pedes domini: quaz dat ostia- tim mendicantibus et peregrinis et hospitibus i hospicio col- ligendo pp̄ter deum. Unde ysa. Frange esurienti panem tuum. Au. Elemosina est vnguentum quo maria magdalena vnxit pe- des domini / id est pauperes (qui sunt menbra eius) vnguebat. Tertia ponitur in gremiū dn̄i que datur leprosis infirmis et captiuis precipue inter paganos. Un̄ ecclesiasti. Abscōdite ele- mosinam in sinu pauperū. Quarta ponitur i manus dn̄i. quam homo dat viduis et orphanis: et illis quos pudet mendicare. et qui magnum deffectum sustinent propter honorem tempora- lem: precipue autem quam dat amicis et cognatis et indigen- tibus. Unde illud. Et carnem tuam ne despereris. Catho Igno- tum tu tibi noli preponere notis. Quinta est que ponitur supra cor dn̄i. cum homo dimittit offensas sibi illatas verbis / iniu- rijs et rebus ablatis. Unde dimittite et dimittetur vobis. Sexta ponitur in os domini: quando quis offert ad aram pro posse suo de rebus iuste acquisitis. vbi offertur sacrosanctū cor- pus domini pro salute viuorū et mortuorum. Et cum quis dat sacerdotibus elemosinam cuiuscūqz professionis vel ad calicē vel ad ornamentum et decorem domus domini. Unde aplus. Operemur bonū ad omnes duz tempus habemus. maxime aūt ad domesticos fidei et doctores: scz sacerdotes qui sunt illumi- natores fidei. Septima est cuz qua christus tot9 vestitur: que datur pro mortuis qui sunt in purgatorio. Unde in libro ma- chabeorum. ¶ Sancta ergo et salubris est cogitatio. etc. Sancta est p cōpassione. salubris est p elemosinarū largitione

Unde mathe: Date elemosinam et munda vobis erunt omnia Daniel. Redime elemosinis peccata tua. Ber. Elemosina data in vita est lucerna que illuminat aiam: ne cadat in tenebras eternas. Idem. ¶ O homo si ieiunas in hoc non differs a dyabolo. quia ipse nunq̄ꝫ comedit. si vigilas ipse nunq̄ꝫ dormit: si cōtinens es: ipe nunq̄ꝫ coit: si silentium tenes: ipe nūq̄ꝫ verbis defluit. in hoc solū maxime dyabolū supas si elemosinis operam prestas. Beda. Frustra adoraturus manus suas expandit ad deuꝫ qui eas ad subueniendū pro posse suo pauperi non ostēdit Apl's. Pietas ad oīa valet: Nam si quis lubricum carnis patitur vapulabit sꝫ non peribit. Hiero. Non memini me legisse aliquē eē dānatum in hoc seculo qui vitam duxit liberalem. Grego. Nūq̄ꝫ est vacua manus a munere aut propter munus: vbi est archa cordis repleta bona voluntate: Au. Qui dat propter presentū podorem vt interpellātis tedio careat: rem ꝛ meritum perdit. Unde versus. Da facie leta. sine leticia faciei: scilicet tue. Si dederis p̄dis rē meritū q̄ꝫ rei. Aplus. Hilarem datorem diligit deus. Augu. Elemosina est res sancta: augens presentia et minuens peccata. separans a demonibus iungens angelis. et est quasi murus inexpugnabilis circa aīam. Thobias. Magna fiducia est elemosina corā deo: oībus facientibꝫ eā. Idē. Elemosina ab oī peccato liberat et non sinit animā introire in tenebras eternas: Salomon Sicut aqua extinguit ignē sic elemosina peccatum: Elemosina em̄ extinguit ignē peccati: ignem ire dei: et ignem totius gehenne

Iam dictum est de elemosina duplici/ scꝫ spirituali et corporali et de spēbus eius cū auctoritatibus probatis: Nunc dicendu est de suffragijs quibus sacerdos aīabus exn̄tibus in purgatorio tenetur suffragari quorū elemosinis vsus est et vtitur quibꝫ aīabus purgandis in penis purgatorij annus pro die statuitur in penitentia in hac vita neglecta: vel nō pacta que aīe sūt tercia pars ecclesie expectātes ī purgatorio liberationē. Exemplū de filijs isrl' p desertum transeuntibus. xl. annis q̄ xl. die bꝫ transissent si contra deū non peccassent. Triplex eī dr̄ ecclia. s. i h̄ mūdo militās: ī celo triūphās: in purgatorio expectās (vt p̄dictū ē) liberatiōez: q̄bꝫ q̄tuor modis

precipue potest subueniri: ¶ versus
Missa/preces/dona/ieiunia: quatuor ista.
Absoluunt animas: quas purgans detinet ignis.
Qui ignis et cetere pene purgatorij grauiores et acerbiores sunt quam omnes pene martirum: et omnia genera tormentorum que in hoc mundo et tyrannis potuerunt excogitari et adueniri quarum animarum numerus omnium viuentium multitudinem excedit. ¶ Unde augu. Nescit quid petit qui purgatorium petit. O deus quam dulce erit in hoc seculo satisfacere. Dico quod est grauius in purgatorio esse quamdiu oculus potest claudi vel apperiri: quam illa pena quam habuit beatus laurentius in craticula. vnde vna lacrima de puro corde prolata plus purgat quam decem anni in purgatorio: tamen inter duo mala minus malum est eligendum. Unde anime clamant vt iob Miseremini mei: miseremini mei saltem vos amici mei quia manus domini tetigit me. Duplex enim manus in hoc loco intelligitur. scilicet manus tangentis .i. in purgatorio animas purgans expectantes liberationem et manus dannantis. scilicet in inferno. Unde machabe. Sancta ergo et salubris est cogitatio pro defunctis exorare. sancta per compassionem carorum: salubris per elemosinarum largitionem et orationem fidelium: et precipue sacerdotum quibus committuntur anime: quia elemosine sunt cibus animarum oratio vero potus. Jeiunia fidelium magna refectio et conuiuium. peregrinatio carorum: penarum alienatio et ereptio. Indulgentia vero eis data prodest prout hic meruerant dum viuerent. vnde legitur in commendationibus animarum Deus cui soli competit medicinam prestare post mortem .i. indulgentiam. quia ibi anime sunt de foro ecclesie expectantes liberationem. s. in purgatorio quos manus domini tetigit vt dictum est Pre omnibus autem remedijs quibus animabus existentibus in purgatorio potest subueniri missa precellit. Greg. O quantum et viuificum donum dei. quia numquam diuina celebrantur misteria quia ibi concurrant duo preciosa opera. s. vnius peccatorum conuersio vel ad minus vnius anime de purgatorio liberatio. vnde caueant heredes parentum et carorum mortuorum commissarij testamentorum et maxime sacerdotes et ceteri quibus anime committuntur vel quorum elemosinis vsi sunt vel vtuntur. ne aliquo modo eis hec remedia subtrahant vel differant. quia eorum viaticum est quia pro futuro et summo sacrilegio eis reputatur. quia primo mortaliter peccant in deum. qui eas sanguine suo redemit. Secundo in

sanctos et in omnes angelos de quorum collegio sunt due libe rantur. Tercio peccant in omnes aias exntes in purgatorio. qz impediunt eaz absolutionem. Quarto peccant in oes christianos viuos pro quibus aie liberate a penis orarent et intercederent ad deum. Pro quibus negligencijs tales si non satisfecerint in presenti grauiter punientur et in futuro seculo dampnabuntur.

Sequitur (vt supra dictum est) vt quis pastor sit sedulus et fideliter sollicitus pro grege sibi commisso scz pro viuis et pro defunctis: et non personarum acceptor qz xps generaliter vno eodemqz precio idest sanguine omnes redemit vt mereantur a dno directe commendari dicere. Euge serue bone quia sup pauca fuisti fidelis supra multa te constituam.

Quo ergo ordine censetur ille qui semper absens est a cura sua nec preest vt pastor nec regit vt mercenarius. In illo estimo ordine in quo nullus ordo. sz sempiternus horror inhabitat. Ber. Miror clericos aliud esse quam qd apparent in vestitu et habitu. aut quantulumsunt clerici. gestu et actu neutrum exercent nec regunt se vt clerici deberent. nec pugnant vt laici inordinanter plures ex eis viuunt contra canones et statuta ecclesie confundantes seipsos et totius clerici honestatem Et qz hic cum oibus peruerse viuentes moribus et vita participant oi pena in futuro punientur. vnde Origenes. Vnumquodqz quod est pctm hz suum demonium. et vnumquodqz demonium hz suum supplicium Attendite ergo vos sacerdotes ad quid vocati estis electi et constituti (vt dictum est) et seruite deo in sanctitate et iusticia. Unde apls. ¶ Non enim vocauit nos dns in immundiciam. sz in sanctificationem. vnde idem. Hec est enim voluntas dei sanctificatio vestra: vt sciat vnusquisqz vas suum id est corpus in sanctificatione possidere. qz ambulans in via immaculata. i. in castitate mentis et corporis. hic michi ministrabit in tanti corporis ministerio: et ego dns exaudiam eum. Unde augu. Quid prodest si castitas seruatur in corpore. et mentis integritas intus polluitur in mente. Cesarius. Uirginitas in corpore nichil prodest si caritas a corde discedat et humilitas: nec iam carnis integritas seruatur. si animus tumore superbie corripitur. Berna. Superba castitas non est vera castitas sed ornatum dyaboli prostibulum.

Augu ¶ Ita aduertite o vos sacerdotes in q̄ta puritate et tre-
more debetis accedere ad istud sacrificiū ad quod xps accessu-
rus sanguinē sudauit pre angustia vbi ipse sacerdos mirabiliter
et ineffabiliter obtulit. ¶ Unde dicatis cum ꝑpheta. ¶ In to-
to corde meo exq̄siui te. Cor mūdū crea in me deus: id est restau-
ra. et spiritum rectū innoua in visceribus meis: vt te ꝑfecte di-
ligere et digne laudare merear.

QUid ergo dicendum est de sacerdotibus mani-
feste cohabitantibꝫ cū mulieribꝫ vel adul-
teris / vel fornicantibꝰ vel ꝑprias oues violantibꝰ vł ebriosis
vel lasciuis et secularibꝫ pluribꝰ negocijs et vanitatibus impli-
cātis? Committimus enim cōscientijs epoꝝ et coꝝ prelatis. Hie-
ro. Alieni errorꝫ nō est nostrū reddere rationē ſꝫ platoꝝ. Ber.
Integritatis tue sis diligens explorator nō aliene. Quid er-
go de illis iudicandum est qui sponsā xp̄i violant? Hier. Sicut
celestius est sacrosanctā eccłiam temerarie destruere quā domū
plebeiā: ita celestius est sponsā xp̄i violare q̄ꝫ spōsam ꝑrimi.

Glosa sup leuiticū. Cum dyabolus super omni pecca-
to gaudeat maxime cōgaudet fornicationi. ꝛ ma-
xime in sacerdotibus et religiosis qui sūt ministri altaris. Hie.
Acerbiora gehenne tormenta sunt quibꝫ fornicatores et adul-
teri debentur. Idem. Quid tibi cū mulieribꝫ tu sacerdos qui
ad altare dei famularis in cuius loco stas? Dic sacerdos qui
eisdem labijs oscularis filiuꝫ virginis quibus osculatus es fi-
liam veneris. O iuda osculo tradis filium hominis. ¶ Berñ.
O sacerdos corpus tuuꝫ efficitur quotidie sepulchrum christi.
quomodo ore tuo egreditur falsitas: per quod ingreditur tan-
ta veritas. scilicet ipse christus? quomodo oculi tui aspiciunt
vanitatem: qui inspiciunt tantam veritateꝫ? quare manus tue
extenduntur ad illicita que tractant tenentem omnia? quare
te ingurgitās ebrietate qui plenus esse deberes dei bonitate?
Augustinus. ¶ Si sacerdos sit vas incontinentie et libidi-
nis iuxta filiū virginis in altari statuet ydolum veneris et cū
ore polluto profert verba canonis. os enim eius amaritudine
et dolo plenum est. q̄uis enim oret cum labijs tamen in faciem
expuit saluatoris. et cum presumit sumere corpus dominicum

sinos eius pollutum: leuius esset ei q̄ proijceret ipsum in lutū.
Bern: Uere sacerdotes qui in carne ambulant deo placere nō
possunt: qui placere meretrici cupiunt et presumunt. ¶ Idem
Turpissimum est manus deo dedicatas ꝛ sacro crismate conse-
cratas pudendis mulierum ingerere: et post hoc sacrosanctum
corpus dn̄icum tangere. Canon Nullus presumat audire mis-
sam a presbytero quem pro certo nouerit habere cōcubinam.
Au. in decreta. xl. c. de vita presbyterorū dicit q̄ plus placꝫ deo
rugitus leonū siue mugitus boū et grunitus porcorū siue suū
q̄ꝫ cantus in choro presbyterorum cantantium luxuriantium.
Gre. in decreta. xl. c. Si quis presbyter dyaconus vel subdya-
conus iacuerit in infamia fornicationis: inhibeo ei introitum
ecclesie donec satisfaciat de mala fama sua deo et populo et si non
satisfaciat: inhibeo vobis ne aliquis vestrum audeat audire of-
ficium eius. quia omnes benedictiones eius conuertuntur in
maledictiones: testante. Malach. ꝓpheta. Maledicam inq̄t
benedictionibus vestris. quia manus vestre plene sunt sangui-
ne. ¶ Ber. O q̄ꝫ temerarium ꝛ q̄ꝫ nepharium est pollutis mani-
bus tractare filium virginis: ꝛ ore sordido sumere. Que mēs
non rapitur ad excessū? quis oculus non erubescit? quis audi-
tus non terretur? vbi mundi preciū proijcitur in sterquiliniū
id est in os immundi sacerdotis. Mirum est q̄ talis tunc non
veretur angelum dei stare iuxta se qui secet eum per medium.
Et tales bene possunt vocari presbyteri. Susanne. Au. O tu
indigne sacerdos noli plus me affligere peccando. Plus enī
me vulnus peccati tui ledit: quā vulnus lateris mei. Idem.
Magis delinquunt qui iam regnantem in celis cōtēnunt pec-
cando: scꝫ indigne corpus christi tractantes et sumentes: quā
qui crucifixerunt eum ambulantem in terris non quasi crucifi-
gentes: sed quasi tanti sacramenti indigni confectores et pre-
sumptuosi preceptores: q: illi semel deū crucifixerunt in terris
isti q̄ꝫtum in eis est indigne tractantes et sumentes quotidie
crucifigūt. ¶ Am. Qui indigne christum sumit: idē est ac si ip-
sum interficiat. Au. Melius est spiritualia penitus omitte-
re q̄ꝫ indigne tractare vel tangere. Ideꝫ. Inter oīa mīe dei ope-
ra que ab initio īpēsa sunt saluti hominum: nichil mirabilius.

nichil excellentius q̄ȝ pro mundo crucifixus est dominus. Leo papa. Magis admiranda est dei hūilitas: q̄ȝ sua maiestas. Au. Minima gutta sanguinis christi suffecisset ad redemptionem generis humani. Sed ideo maior copia sanguinis eius data est vt copiosior claresceret christi affectus nos diligentis. vnde Bernardus. Patet enim amor christi nos diligentis in vulnere lateris.

Attende ergo o homo q̄ȝtum pro te datum sit et maxime tu sacerdos qui corpus et sanguinem tractas domini. Timendū vero est q̄ dn̄s tales sacerdotes indignos (vt dictū est) non exaudiat/ sȝ magis eū ad iracundiam prouocant. vnde illud. Prouocauerunt eū filij eius et non filie: sed belial in sordibꝫ .i. in peccatis. ideo dn̄m non placant: sȝ magis offendunt eū. Nam etiā loca sacra q̄ tangūt et calcant: q̄ȝdiu sunt in peccatis obstinati ꝯtaminant. Bern̄. Sacerdos sine offensa viuat: qui pro offensis iudicē deū interpellat: ne offensum potius ad iracundiam ꝑuocet q̄ȝ compescat. Au. Maius preiudiciū deus in mundo non patitur ab hominibus viuentibus/ q̄ȝ a sacerdotibus carentibus scientia et bona vita. Idē. Plus placet deo vlulatus canū vel luporum quam cātus inimicorum id est clericorum malorum. Gre: Nichil est quod tantum offendat ecclesiā dei quam q̄ indigni assumantur ad regimen aīarum: vnde prelati quidam nūc temporis parum curant quos iam ad ordines recipiant/ vel admittant: vel quibꝫ in sacerdotes promouendos manus imponant. vnde laici iam clerum vilipendunt. et claues ecclesie minime curant totāq̄ȝ dignitatē sacerdotum: quia negligentes et ceci sunt duces eorum et ductores cecorum. Apl's. Cauendū est ne cū alijs predicauerim et ipse reprobus efficiar: Predicant quidam non mechandum et ipi mechant. non furandū: et ipsi furantur. et cetera vicia tā verbis q̄ȝ factis inordinate viuentes perficiunt. Hec omnia ꝑdicta prelatis ꝯmittimus et ecclesiastice correctioni corrigenda.

O Uos ergo plati et presbyteri in vobis pendent aīe vestrorum subditorū vobis ꝯmissorum. Presbyter ter dr̄: quasi prebēs iter gregi sibi ꝯmisso verbo et vite bono exemplo. etiā ꝑ poss: t̄pale subsidiū. Et nō tm̄ q̄rat lucrum rerum

temporalium: sed animarum pro quibus filius dei mortem su/stinuit Unde dicit dominus. Quem perditam de manu pasto/ris requiram.

Legitur in tercio libro regum cum regina sab/ba in aula Salomonis esset intuita ordines ministrantium ad mensam regalem et omnē ornatum curie et familie. pre omnibus laudauit ordinem pincernarum erant enim vnius habitus. ¶ Aula Salomonis significat ec/clesiam. regina mensam scʒ summi regis. id est altare in quo cō/ficitur: tractatur. et sumitur: et fideliter ministratur sacrosan/ctum corpus christi. Cui mense diuersi sacerdotes deseruiunt ꝛ angeli infiniti: qui dicuntur virtutes celorum. Huius men/se scilicet altaris: sacerdotes sunt pincerne. ideo debent esse vnius habitus id est vnius sancte conuersationis in aula sum/mi regis vt possint dicere cum psalmista. In domo dñi ambula/uimus cum consensu id est in dei voluntate. Qui pincerne scʒ sacerdotes pre omnibus sunt electi et constituti ad diuina liba/mina infundenda ꝛ ad honorem summi regis et familie: id est fidelibus propinanda. ¶ Unde eis dicitur per prophetam. Mundamini qui fertis vasa domini. id est preparate illi cor/da vestra in omni virtute et mundicia interius et exterius. in/terius per caritatem: exterius per bonam famam et honestam conuersationem: vt digni sitis bibere de manu dñi calicem vini meri plenum mixto. Psal. Calix meus inebrians ꝙ̄ pre/clarus est. Canti. Bibite vinum quod miscui vobis scilicet in mea passione sanguine et aqua de meo latere profluente. et in/ebriabimini vino mee dilectionis. non tantum dico mero: sed meracissimo: scilicet illius vue de qua legitur vt biberent san/guinem vue meracissimum: id est sanguinem filiꝫ virginis inte/merate. vue dico illius vitis qui dixit. Ego sum vitis vera et pater meus agricola est. ¶ Nobilis est vinea in qua pater cele/stis agricola est. nobilis vitis filius dei est: nobiles palmites. scʒ aplī. nobile vinū eius cuius sacerdotes sunt pincerne scʒ illius sanctissimi vini. i. sanguinis christi qui profluit de torcu/lari quod dñs solus in ara crucis dū pateretur mortem calca/uit qui omnibus scilicet sanguinem vue predicte in eum cre/

dentibus propinaret meracissimum quem assumpsit homo fact⁹ de mundissima carne gloriose virginis marie.

Eya vos sacerdotes pincerne veri salomonis .i. iesu christi et camerarii et secretarii ꝛ dispensatores ministeriorum dei diligenter attendite in quo gradu et dignitate sitis constituti scȝ super omnia bona domini. Unde augustin⁹ Quid potuit deus plus facere sacerdotibus q̄ȝ seipsum creare/ tractare/ sumere/ et ministrare? Ergo reddite ad cor et īspicite illud in signe priuilegiū vestre dignitatis. Quinq; enī sunt dignitates sacerdotū pre ceteris. Primo dicitur sacerdos quasi sacris dotatus scȝ sacris ordinibus. quia ipse est ī summo gradu qui est sacerdotiū. Scd̄o quasi sacris dedit⁹ / id est sacramentis ad sacrificanda sacramēta. Nam ip̄e sacrificat sacrosā ctum corpus dominicū verbis/ signis/ prodigiis/ et cetera sacramenta. Tertio dicitur quasi dans sacra. Dat enī baptismuȝ confessionem /penitētiam/ indulgētiam/ eucaristiam/ benedictionē ꝛ extremā vnctionē. Quarto dicit̄ sacerdos q̄si sacra docens. docet enim verbum sancti euāgelii et articulos recte fidei. Quinto dicitur sacer dux quasi ducatum prebens iter populo dei ad regna celorū verbo sane doctrine et vite bono exemplo. ¶ Unde versus. Sacris dotatus: et sacris deditus / atq; Sacra docens: sacra dans. ꝛ dux sacer esto sacerdos. Ber. Elegi mihi in sacerdotē dignuȝ māsionis habitaculū in vase vitrio q꞉ licet vitrū de vili materia sit tamen probatur clari⁹ super aurum et argentum. sic quilibet sacerdos quāuis sit peccator tamē prelucet omnibus aliis rebus: regibus et principibus / et est dignior omni creatura. Uos estis genus electum ,gens sancta regale sacerdotium populus acquisicionis nō soluȝ temporalis electionis: sed eterne predestinationis. Elegit autem vos dominus ante mūdi constitutionē qui mūdum erat is nisi predestinati. Et est notandum q̄ predestinatio nichil aliud est q̄ȝ gratie vel glorie preparatio/ scȝ gratie in p̄nti: ꝛ glorie in futuro. Uñ augu. sup illo verbo. Elegi ꝛ preelegi. O presbyter siue sacerdos si deus sic te elegit: redde rationē villicationis tue quid vel q̄d in hoc seculo elegeris. dum de⁹ vltionem a te requiret. quia scriptum est. Cui plus donauit: plus requiritur ab eo.

O veneranda sacerdotum dignitas si di/
gne et sacerdotaliter vixeri
tis: intra quorum manus velut in vtero virginis filius dei in
carnatur. O celeste misterium qd p vos pater et filius et spirit⁹
sanctus tam mirabiliter operatur q vno eodemq momento idē
deus qui presidet in celo. in manibus vestris est sacrificium.
Gregorius. ¶ Hoc tam insigni priuilegio stupet celum. mira/
tur terra. veretur homo: horrescit infernus. contremiscit dya
bolus: veneratur angelica celsitudo. Quid ergo retribuam do
mino pro omnibus que retribuit michi.

Verbigratia. Iste q creauit me dedit mihi cre
are se. qui creauit me sine me cre
atur mediante me. Quid ergo retribuam dño p tā singulari do
no sacerdoti michi impenso (qd est datū optimū z donū pfectū)
quasi dicat. nescio nisi duo minuta: scz corpus et aīam. corpus
in seruitutem: et aīam in laudem. vnde ps. Lauda anima mea
dominum.

Considerate ergo mirabilē vestre excellen
tie dignitatē q vos deus non
solū pre cetero genere honorauit sz etiā pre cunctis creaturis:
qias ad laudē et gloriā nois sui creauit. vñ dñs Ego cōstitui te
sup gētes et regna vt euellas peccati maculam et edifices cor/
da hominū penitentiā agere volentiū. et disperdas errores z
plantes virtutes in aīabus viuificādis. vñ dñs. Ego vos ele/
gi de mūdo et posui vos ad gratiā vt eatis volēdo: et fructū affe
ratis: fideliter operando. et fructus vester maneat in eternū cō
gregādo. Bern. Nullus fruct⁹ carior deo ē qz fruct⁹ aīaꝝ p qbꝫ
mortē sustinuit filius dei. Qui ei deo in oibꝫ hoibꝫ lucrant aīas
p baptismū regenerant: et per confessionē et p penitentiā reuo
cant et eos sacramēto eucharistie cibant / quasi dicat nullus ni
si sacerdotes. Malach. Labia sacerdotum custodiūt scientiā scz
dei. qz angelus dñi exercituū est. Angelus in cōuersatione. an/
gelus in diuinarū gratiarum actione. angelus in ardore carita
tis. angelus in subiectionis hūilitate. Salua reuerentia ange/
loꝝ (quorū infinitus est numerus) dico q maiores estis qz angeli
et precellitis dignitatē eoꝝ: largo mō loquendo. Cui nanqz an

gelorum tradidit deus quod datum est sacerdoti/ scilicet. Quodcunque ligaueris super terram erit ligatum et in celis.

Nota due claues sunt .s. scientie et potestatis: date a domino beato petro et ceteris hominibus non omnibus sed solis sacerdotibus et successoribus suis. licet enim solus deus peccata remittat: tamen nunquam vel raro sine suis ministris .i. sacerdotibus. Quod potest probari per leprosos/ quos cum dominus mundasset dixit. Ite ostendite vos sacerdotibus et humiliter obedite. et dum irent mundati sunt. Probari etiam potest per lazarum quem cum dominus suscitasset a mortuis: dixit discipulis suis: soluite eum et sinite abire. Et quare ipse dominus non soluit eum a vinculis cordis: qui soluerat eum a vinculis mortis et quare non iussit mariam et martham sorores eius soluere: vel iudeos cognatos eius qui erant ei propinquiores debito naturali. quam discipuli domini: Per hoc euidenter patet et probatur quod solis sacerdotibus data est potestas a domino ligandi. atque soluendi: Ecce quanta dei benignitas et sacerdotum dignitas quia ipse dominus quandoque per malos bonum operatur. et hoc ideo ne claues ecclesie a fidelibus paruipendantur. quia si aliquando sacerdotes non habent ex merito tamen habent ex officio dignitatis: et si quis sacerdotum indignus sit (quod absit hoc sibi: non tibi.

Ecce quanta potestas vobis sacerdotibus data est. quia lingue vestre claues celi facte sunt: Ber. O quantam dignitatem contulit vobis deus Quanta est prerogatiua ordinis sacerdotalis: Pretulit vos regibus terre /pretulit hunc ordinem omnibus hominibus. imo (vt altius loquar) pretulit vos angelis: thronis et dominationibus. Sicut enim non angelos: sed semen apprehendit abrahe ad faciendam redemptionem: sic non angelis: sed hominibus/ scilicet solis sacerdotibus corporis et sanguinis sui commisit consecrationem. ¶ Nota quod ad quinque verba sacerdotis stantis ad altare et dicentis verba canonis. Hoc est enim corpus meum: quibus verbis dominus dedit vim conficiendi in cena prelatis/ vel in lanceatione sanguine et aqua de suo latere profluente dicebatur. Hoc facite quotienscunque sumitis in meam commemorationem/ id est ob mei amoris memoriam: quem exhibui in cruce passus pro vobis. Tunc enim (vt dicit Bernardus) celi celorum aperiuntur. et ipse

christus qui est in sinu patris: mox venire dignatur in manus
sacerdotis cui virtutes celoꝝ deseruiunt et panis in altari in
verum corpus xpi: et vinum in eius sanguinem conuertitur et
transmutatur. et sub modica forma panis totus velatur verus
deus et homo. Unde ysaias. Uere tu es deus absconditus. s. in
hoc pane et medicina sub nebula. Psal. Mirabilia opa tua do
mine. scz in hoc sacramento corporis et sāguinis tui et aīa mea
cognoscet nimis. scz credendo firmiter.

Cum ergo tante dignitatis sit sacerdos ꝙ creator
sit sui creatoris et totius creature. ipsū pdere
vel dānare inconueniens est. Uñ ysodo. Sicut patrem inter
ficere filiū impossibile est: sic creatorem perdere creaturam in/
cōueniens est. Sicut in ecclesia reliquie sanctorū qꝝ aīe in ce
lis sunt conduntur: sic ipse deus requiescit in corde digni sacer
dotis. Au. Elegi et preelegi michi cor digni sacerdotis in ha/
bitaculum dignum mee mansionis tanꝗ in vase vitreo. Licet
vitrum sit de vili materia: tamen splendidius est auro et argē
to: Sic sacerdos prelucet dignior et maior coram deo omnib
hominibus/ regibus et principibus huius mundi in sua digni
tate. Uñ honorādi sūt sacerdotes: quib deus tantam in mūdo
pre oīb hoīb ɔtulit grāz et honorem. Uñ dñs. Qui vos audit
me audit. et q̄ vos spernit me spnit. Apo. Qui vos ɔturbat. s.
indebite iudiciū portabit quicunꝗ est ille. zacha. Qui vos tan
git sacerdotes: offēdit pupillā oculi mei Et dñs in p̄o. Nolite
tangere xp̄os meos: q̄s ꝛ pphās vocat dñs. Et in pphetis me/
is nolite malignari.

Legitur de alexandro rege magno ꝙ cū venit hie
rusalē ad expugnādū eā. occurrit ei sa/
cerdos iudeoꝝ in ornatu pontificali. q̄siuit rex q̄s eēt: et dctm
est ei ꝙ eēt sacerdos altissimi. ipe ꝯo descēdēs ab eq̄ hūiliter in
clinando honorauit eū. Et si iudei p eū obtinuerūt grāz regis
q̄to magis sacerdotes xpianoꝝ hui9 tpis honorādi sūt q: ipse
deus honoratur in ipis: cui9 camerarij sūt ꝛ ministri: Salo. Dabi
tur illis scz sacerdotib electū dei donū et sors in templo dei al/
tissimi scz sors duplex grē et glie. De sorte grē. psal. In manib
tuis sortes mee id est ordo ꝛ vita electionis: De sorte glie da

niel. Stabis in sorte tua in finem dierum. Sapi. Ecce cõpu/
tati sunt scz sacerdotes inter filios dei. et inter sanctos sors il
lorũ est/ scz sacerdotũ. Merito ergo gaudete et benedicite vos
sacerdotes dñi dño laudate et superexalte eũ in secula. qui vos
ad tantam gloriam elegit.

Venit filius hoĩs querere et nõ seducere saluare et nõ dissipare sicut mali prelati. De quibꝫ sapien. Durũ est iudiciũ his qui male intrant. duriꝰ his q̇ postq̃ intrauerunt male viuũt. durissimũ his qui male presunt. Tres ei sunt questiones. quomodo intrasti. quomõ vixisti. et quomõ rexisti. De primo. Amice quõ huc intrasti nõ habẽs vestẽ nuptialẽ Si forte canonice intrasti: nõ p precum violẽtias. nõ p preciũ nõ p cõsanguinitatẽ: adhuc restat qua intentione aut p caritatem: aut per cupiditatẽ. Si propter deũ faciat que dei sũt: sicut qui venit ad forum: faciat eã propter que venit. At ille obmutuit: quia non preccauit sibi de hac questione. quia oculus eiꝰ nõ erat simplex id est intentio: igitur totum corpus erit tenebrosũ Unde dñs Mittite eũ in tenebras exteriores Secũda q̃stio fit p ysaiã. tu qui es. quasi quereret quis hic. qualiter vixisti ĩ ecclesia tua? Si nescis respondere. sequitur. Apportari te faciaz quasi apportatur gallus gallinatius. qui maior est alijs Et maiores in ecclesia dei iã nichil faciunt. sed minores. Tercia questio fit per Hieremiã: Ubi est grex tuus qui datus est tibi pecꝰ inclitum. id est valde gloriosum? Et ne credas deum posse dubitare de aliqua oue. dicit enim. Adhuc transibunt oues per manus numerantis. Si igitur non solum pro vobis: sed pro singulis subditis oportet rationem reddere: q̃z durissimum putas iudicium erit oĩbus qui presunt? Tria sũt quibus optime diabolum vincimus scilicet ardens cogitatio / carnis mortificatio / et acuta oratio. De primo. psal. In meditatione mea exardescit ignis quo fugas dyabolum fulgura coruscantem maxime si meditationes sint de passione christi. ¶ De secundo. Apostolus: ¶ Castigo corpus meum. et in seruitutem redigo. De tercio. ¶ Augustinus. ¶ Oratio humilis diuinum promereretur auxilium. Christus dicit per ezechielem ad prelatũ: Speculatorẽ dedi te domui israel/ id est laicis. Unde valde necesse

est vt sint lucidi pastores: quia nemo potest in speculo speculari lutoso. Christus est sol. pastor debet esse luna. luna autem non habet lumen nisi a sole ita sacerdos non debet recipere decorem a mundo: sed tantum a christo. Item sacerdos qui pro nummis celebrat: videtur dicere cum iuda. Quid vultis michi dare et ego vobis eum tradam? ergo nephas est vendere dn̄m suū. Cogita q̄ primus seruus venditor seipsū suspendit. Judas enim nummos misit in templum. Peiores sunt sacerdotes qui denarios pro quibus cantant mittunt in lupanar: et in ventrem suum. Judas semel christum vendidit et de hoc penituit et tu forte multotiens vendidisti: et non penites. caue ne desperans te ipsum suspendas. Bern. Veniet ante tribunal iudicis audietur populorum accusatio et grauis allegatio quorum vixerunt stipendijs: et non diluerunt eorū peccata. Audi dn̄m dicentē Vos comedetis pctā populi. Et alibi. Pasce pasce: sed nō dicit vende vende. Item O bone iesu videtur cōtra te cōspirare vniuersitas populi christiani. Nam illi in persecutione tua sūt primi: qui in ecclesia videntur gerere principatum. Si quis de populo deuiat: ille solus perit: sed sacerdotis error multos perire facit si etiā non obest q̄ztum prodest. Bernard. O sacerdos corpus tuum efficitur quotidie sepulchrum christi. cur tūc per os tuū egreditur falsitas per quod quotidie ingreditur veritas? Cur oculi tui vidēt vanitatem qui quotidie aspiciūt veritatem? Cur manus tue extēdūtur ad illicita et inania: que tenēt tenētem omīa? Cur te īgurgitas ebrietate qui totus plenus debes esse bonitate? Rogo ergo te vt fugias oēm vanitatem: ne in futuro cōdēneris p veritatem. Tanto vti q̄ grauius cades ab alto: q̄zto excellentius polles dignitatis officio. Idem Bern. O domine pastores tui mutati sunt in tonsores: agni in lupos. defensores in dissipatores qui deberent esse sobrij: quotidie sūt ebrij: qui prelati: pilati: qui casti: incesti. q̄ pastores: seductores Nonne totiens repetitum est. petre amas me/ pasce oues meas: quasi dicat. nisi me perfecte diligas id est plus q̄ te tua et tuos: non intromittas de cura ista nec tu sacerdos et maxime pastor pro quibus: pro quibus effusus est sanguis meus. ¶ Bernard. ¶ Non debet aliorum ducatum suscipere qui non vult

alios bene viuendo preire. Nullus ita vilipendit officium suum sicut clerici. Fabri et agricole mane surgunt sed nō ipi. dormiūt em̄ vsq3 ad meridiem. Ber. Ve sacerdotibꝫ miseris pditoribꝫ socijs qui christum iter. i. xp̄m in eis est crucifigunt et sanguinē testamenti pollutū ducunt: Qui manibus pollutis oculis ipudicis ore venenato corde impudico dū ad reuerendū sacramentū non reuerenter accedunt angelos assistentes offendūt et de singulari medicina sibi miserabiliter acquirūt eternaz dānationem. Cauete vobis prelatuli vorarores vt catuli. mortem non attenditis qui fauorem venditis. Dantur nummi procurātur pueri/ sc3 idiote irregulares / excōmunicati/ giezite/ ebriosi/ lusores/ nunq3 casti semper incesti. ve vobis ve: et semp ve.

Dominus transiens de hoc mundo ad patrem ecclīaz (q3 suo sacratissimo sanguine redemit) fratribus suis. sc3 sacerdotibꝫ regēdā cōmisit dicēs Exiui a patre et veni in mūdū. iter relinq mundū et vado ad patrem vos oues meas custodite pro quibꝫ sanguis meus effusus est. Quanta sit dignitas sacerdotalis scilicet officij et ordinis audiamus et videamus. Quantumcunq3 enim sit aliquis bonus: tamen non potest conficere corpus christi nisi ordinatꝰ fuerit. vt officij sacerdotalis exhibeat ministerium. dei autez est officium tribuere et benedictiones. Unde Augu. Sacerdotes non propria virtute benedicunt: sed quia christi figuram gerūt et propter eum qui in ipsis est benedictionis tribuunt plenitudinem. O sacrum et celeste misterium quod per vos pater et filius et spiritussanctus mirabiliter operatur. credimus qꝫ post deum non est tanta gratia et potestas sicut est vestra. Unde Ber. Super potestate vestra et tam insigni priuilegio vestro stupet celum miratur terra/ contremiscit dyabolus/ abhorret infernus / veretur homo/ venerat plurimū angelica celsitudo/ qꝫ vno eodēq3 momento deus qui presidet in celo: in manibus vestris est i sacrificio Sz vnde hoc dulcissime et pijssime iesu vt sacerdotes (qui sūt vt nos vermiculi et puluis et cinis) te presentem habere mereantur pre manibus/ pre oculis / qui totus et integer sedes ad dexteram patris qui vnius hore momēto a solis ortu vsq3 ad occasum ab aquilone vsq3 ad austrum presto es dn̄e. Let/

te non ex debito: non ex merito: sed ex voluntatis tue benepla-
cito preparasti te in dulcedine tua pauperi deus / scilicet sacer-
doti. Hec est vere celestis indulgentia. hec est cumulata gloria
hec est vere superexcellens gloria: sacerdotem deū tenere in ma-
nibus nullis angelorum nullis archangelorum nullis spiritibus
sed hominibus. non oībus sed tm̄ ordini vestro cōmissam esse
credimus celebrationem tanti misterij vt consecratus in sacer-
dotem prorsus id ipsum conficiat in altari quod christus in ce-
na pascali confecit manibus suis. In altari quippe sacerdotum
ore et manibꝫ conficitur christi corpus non creatur non nascit̄
sed quod totum in dextera patris est: est totum in manibus. to-
tum in ore sumentis: vnus in multis et in diuersis. O sacer-
dos tu es sacer dux sacra docēs / sacruꝫ dās Sacer dux in exhor-
tatione. sacra docens in participatione carnis ꝛ sanguinis chri-
sti. sacrū dans pro deo exemplum viuendi ceteris. vt amplius mo-
ueaeris. imo vt magis incalescas in amorem tui redemptoris vo-
luit christus vt iugiter coleretur per tuum misterium: quod se-
mel offerebatur in mundi precium. et perennis in illa victima
viueret in memoria et semper erit in gloria patris. Unde Moy-
ses rogauit dn̄m quondam dicens. Ostende michi teipsum do-
mine verum: Sed tibi non solum ostenditur: sed in manibꝫ tu-
is se totum tradidit. Delectari ergo debes o tu sacerdos ꝛ gau-
dere in sacramento altaris. in cuius cōfessione fidelis minister
inuenit in medio patris et filij et spiritussancti (astantibus ex
omni latere supernis ordinibus) sacramentum per nobile mi-
sterīū: superexcellentis glorie. Uidet ꝛ sentit sacerdos filium
dei fratrem suum amantissimum: cuius veraciter carnem et san-
guinem tenet. Unde psal. Narrabo (inquit) nomen tuum fra-
tribus meis. Uidet et sentit spiritum sanctum a patre et filio
procedentem domesticum esse sociū factorem ꝛ dispensatorem
suum. quia ipse vere consolator est penitentium et aduocatus oī-
um in se sperantium. Uidet verum deum et sentit spiritualiter
angelos et oēm celi celorum senatum sibi applaudentem et vt
conciuis eorum ascribi mereatur. Ibiqꝫ celebratur familiare collo-
quium inter deum et moysem amicum suum id est fidelem mini-
strum. Pensa igitur iugiter / amplectere suauiter repone fideli

ter quid audis/ quid agis quid legis quid tenes: Calix sepul
chrum christi. patena lapidem superpontum. corporale sudariũ
Substractoria corporalia lintheamina quibus inuolutus fuit
christus significant. Hostia quã vides non est panis. sed caro &
sanguis eius qui pependit in cruce pro mundi vita. Jam oculis
tuis vides panem angelorum: qui nescit putrescere. non vadit
in secessum: sed ducet te in excessum. illuc reducet te vnde re
traxit ymaginem. Hoc itaqz sacramentum ab eterno in celo re
positum. sed dyabolo penitus celatum. prophetis quibusdaz re
uelatum. solicitudini et sanctitati vestre est traditum: et per om
nia donatum. Quis vidit talia? videant oculi ne mirentur. qz
omia sicut voluit fecit O sacerdotes qñtũ ẽ qp̄ i eleuatõe manuũ
vr̃az capita regũ iclinãt? qz reges & regie vobis munera offert
Dis ecclia vos patres ꝯfitet et expectat intercessores In quo
rum priuilegiati amoris premium datum et dictum est petro.
Pasce oues meas. in singularitate potestatis datum est et di
ctum est. apostolis. Quodcunqz ligaueritis super terraz. & cetera
Pensate. qñtum est hoc maximum / scilicet si ad legationem an
gelorum assensus hominum expectaretur: qñtum ergo est si ad ar
bitrium hominum assensus inclinatur angelorum. ¶ Audite
vestri officij dignitatem: cautellam et cõstantiam/ cum dixit ele
git vos. &c. officium. vt cum dixit eatis. cautelam: vt cum dixit
fructum afferatis. Constantiam/ vt cum dixit fructus vester
maneat. Uobis etiam dictum est. Jte in vniuersum orbem:
&c: Electi ergo estis vt eatis. ergo periculosum est vobis stare.
periculosius sedere. periculosissimum est iacere:

Recordor me legisse quod accidit in bur
gundia cum sacerdos qui
dam veniret ad synodum transiens per medium nemorum ob
uium habuit dyabolum in figura hominis transfiguratum quẽ
cum salutasset tradidit ei litteram quandam clausam tradendã
episcopo et vniuersis rectoribus in illa synodo cõgregatis quã
cum aperuisset eps in presentia omniũ fecit legi. Tenor autem
illius littere erat iste. Rectores tenebrarum rectoribus eccle
siarum salutem. Mandamus vobis qz multum diligimus vos

quia quodcumqȝ vobis cõmittitur ad infernuȝ cuȝ magnis glo meratio nibus destinatis. Itē alibi dictum fuit epo peruerso a xpo dño. Qñ michi reduces aīas quas cum prauo exemplo dā nificasti. Ber. Timeant clerici ministri ecclesiarū qui in terris res sanctorum quas possident tam inique gerunt: vt stipendijs que sufficere debeant minime contenti: supflua quib⁹ egeni sustentati deberent: impietate sacrilegij sibi detinēt et ī vsus superbie atqȝ luxurie victum pauperum consumere non verentur: duplici iniquitate peccantes/ scilicet qꝛ aliena diripiunt et sacris in suis vanitatibus et turpitudinibus abutuntur. Heu hodie non pascūt pastores oues: sed seipos propter quod cōminatur eis dñs dānationem. Ezechiel. xliij. Ue pastoribus ihrlm. qꝛ pascebāt seipos: non oues pascuntur a pastoribus a quibus pasci deberent. Unde Ber. Conuenit bonitas amabilem/ scientia discibilem/ disciplina mirabilem reddunt. Scientia et disciplina bonitatem attrahunt. scientia corrigit ꝛ disciplina pascit. Debet aūt quilibet prelatus et religiosus ꝛ clericus qui alijs preest solicitus esse quomodo deo placeat in puritate conscientie. Ber. manducare spūaliter corpus christi: est passionis et redemptionis eius attētius recolere sacra bñficia ad sumendum suauiter in conscientia et recolendum fideliter in memoria. Aug. Quotidie corpus christi sumere non laudo nec vitupero. Hoc est signum sepe cōmunicandi cū deperceptione huius sacramenti timor seruilis minuitur. et incendiū caritatis plus augmētatur. Sed per hoc aliqui retrahūt cū de cōmunione deuotionem et cōsolationem singularem nō ita pcipiunt prout sibi beneplacitum foret. Et hi magis sua qȝ dei sui videntur querere.

O Ueneranda sctītudo manuū sacerdotū. O felix exercitiū. o mūdi pe gaudiū. vbi ima sūmis iūgūtur. cū Christus tractat christū: sacerdos dei filiū tibi delicie sunt esse cum filijs hoīz Unde petr⁹ in canonica Uos estis genus electū regale sacerdotū: gens sancta populus acquisitionis. Augu. Uos estis inquit genus electuȝ non solum electione temporalis prelationis sed (vt spero) electionis eterne predestinationis. ¶ Unde apostolus.

Elegit eos ante mundi ꝯstitutionem qui nondum erant nisi
predestinati. Augu. Quomodo elegit eos ante mūdi cōstitutio
nem qui nūdum erāt nisi predestinādo. Greg. Predestinatio
nichil aliud est q̄ȝ gratie p̄ntis: et glorie future preparatio.
Augu. ¶ Quatuor eñ requiruntur proprie ad preparationem
gratie presētis et predestinationem glorie future. Primum est
voluntas tribuentis. ¶ Secūdum est libertas volūtatis.
Tercium est predestinatio nō existentis. Quartum est meritum
accipientis. Alioqui nec gratia in presenti nec sequetur glo/
ria in futuro. Unde apl's. Quos presciuit: hos predestinauit
cōformes fieri imaginis filij dei scilicet sacerdotis in tanti mi
sterij ministerio. Idem. Quos predestinauit: hos et vocauit: et
quos vocauit: hos et iustificauit: quos iustificauit: illos et ma
gnificauit: **Glosa** In predestinatione est gratia. in vo
catiōe potētia. in iustificatōe leticia
in magnificatiōe gloria. Uñ vos sacerdotes estis gen⁹ electum

Augustinus O presbyter siue sacerdos
sicut de⁹ te elegit ꝛ preele
git. redde ratione villicationis tue in quā vl' q̄d tu i h' seclo ele
geris dū deus electiōem a te requiret nō est dubium dare an sa
cerdos sit angelus an dyabolus. Si vixerit in castitate corpo/
ris et aīe ꝛ humilitate. est angelus. Si vixerit ecōuerso: est pe
ior diabolo: et hoc est horribile valde malis presbyteris. O sa
cerdotes considerate vestre dignitatis dulcissime excellentiā
q2 dn̄s vos ditauit pre omībus creaturis Honorandi sūt quip
pe sacerdotes quib⁹ dn̄s tantam in mūdo pre oīb⁹ ꝯtulit grati
am et honorem.

Sapientia Ecce ꝯputati sūt. s. sacerdotes
int filios dei. ꝛ inter sctōs sors
illoꝝ ē. s. sacerdotū. Merito ḡ gaudete. et bn̄dicite vos sacerdo
tes dn̄i dn̄o laudate ꝛ superexaltate eū in scl'a. q̄ vos ad tantā di
gnitatē ꝛ grām elegit. Et grās agite ei p̄ tātꝫ bn̄ficijs p̄ntib⁹ p̄
teritis et futuris ꝛ eternalib⁹ temporalib⁹ et spiritualib⁹. et ro
gate suppliciter dicentes. Confirma hoc deus quod operat⁹ es
in nobis p̄ imēsā grām tuā in p̄nti et p̄sta vt cū oīb⁹ nobis ꝯmis
sis et omnibus fidelibus et cum omībus sctīs et angelis tuis

in futuro in regno celorum confiteamur nomini tuo sancto: et gloriemur in laude tua ineternum.

Dominus noster pontifex de vestibus sacerdotalibus misticam (vt sumus sacerdos) camisiam induit in almo vtero scȝ beate virginis marie. Ministri vero iudeorum dederunt ei amitum alapis contextum. Herodes albam quando illusit eum alba veste indutum. Ministri pylati cingulum quando flagellis ceciderunt eum. Dederunt ei phanonem quando ligauerunt ad columnam stolaȝ sputis contextam. Casulam quando induerunt eum veste purpurea dicentes. Aue rex iudeorum. Lanceam pro baculo. Crucem pro sede episcopali. Spineā coronam pro infula. Clauuȝ in pedibus pro sandalis. Clauos in manibus pro anulo et cirothecis: Sicqȝ ornatus pontifex noster primo templū aspersit missam cantauit. Hely hely. postea indulgentiam dedit dicens. Pater dimitte illis. ꝛc. Prelati temere credunt sibi cuncta licere: Credidit et cayphas om̄e nephas sibi fas. Ve misero mū do. ve primo: veqȝ secundo. Ve per pontificum dedecus horrificum. Pontifices muti: de iure suo male tuti. Quamuis cornuti non audent cornibus vti.

Nota servicibus fudit christus sanguinem suum ꝑ nobis. Primo in circūcisione. ꝛ hoc fuit nostre redemptionis initium. Secundo in oratione. et hoc fuit nostre redemptionis desiderium. Tercio in flagellatione. Quarto in coronatione. et hoc fuit nostre redemptionis meritum. quia liuore eius sanati sumus. Quinto in crucifixione: et hoc fuit nostre redemptionis precium Tunc em̄ que non rapuit exoluit. Sexto in lateris apertiōe: et hoc fuit nostre redemptionis sacramentum: quia inde exiuit sanguis et aqua Sanguis in remissionem peccatorum. et aqua ad lauacrum baptismi sacrificandum.

Finit stella clericorum feliciter.



In laudem libelli.

Aspice presentis O clerice dicta libelli.
¶ Nomen pastoris quisquis habere voles
Terrenis nunq̃z vel paucum rebus adhere
¶ Hunc mundum spernens. celica sola pete.
O quanta mentis acie perpendere debet
¶ Is qui pastoris accipit officium
Ne pro diuitijs curam sibi vendicet ipse
¶ Et nõ vt põpulo dogmate subueniat
Crede: tuo dabitur merces condigna labori
¶ Apte si proprium rexeris ipse gregem
Illicitus si cecet amor te diuitiarum
¶ Letheas ditis ingrediere domos.
Labitur ex vero si quis tuus agnus ouili
¶ Ad christi caulam dulcius hunc reuoca:
Verus pastor oues ad sũmum ducat ouille.
¶ Terrenos cum artus spiritus exuerit.



